



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Eiecti hoc pacto Valentini exemplu[m] è D. Gregorio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

& velut ad nouerca tumulum fierent, triste ululantes spectantibus multis, cadauer refossum inrer se se in morem Absyrti discerperunt. Non constat, vnde canes illi aduenerint. Credibile est, de Cerberi profapia fuisse. Nam ex Orco veniunt ministri, qui homines è loco sacro trahunt ad Orcum.

V.  
S. Gregor.  
lib. 4. Dial.  
cap. 53.

Cuius rei memorabile exemplum refert S. Gregorius, his verbis: *Adest in presenti venerabilis frater Venantius, Lunensis Episcopus, & magnificus Liberius vir nobilissimus atq; veracissimus, qui se scire, suisq; homines interfuisse testantur, eam rem, quam narrant, nuper in Genuensi vrbe contigisse. Ibi namq; ut dicunt, Valentinus nomine, Ecclesia Mediolanensis defensor, defunctus est vir valde laticorpus, & cunctis leuitatibus occupatus, cuius corpus in Ecclesia beati Martyris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadem Ecclesia facte sunt voces, ac si quis violenter ex ea expelleretur, atq; traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt custodes, & viderunt duos quosdam terribillos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant, & eum ab Ecclesia clamantem, ac nimium vociferantem foras traherant, qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt. Manè autem facto, aperientes sepulchrum in quo idem Valentinus positus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cumq; extra Ecclesiam quærerent, ubi projectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut ab Ecclesia fuerat abstractum. Ex qua re, Petre collige, quia his, quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut & jam de sua presumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa re-meritatis accusent. Quia alieno choro pedem intulerunt.*

VI.  
S. Gregor.  
Turon lib. 1.  
de gloria  
Martyrum  
cap. 89.

Alter quoque Gregorius, sanctitate illustris, Turonensis Episcopus, terribile factum recenset, de quodam Antonio Tulosano, quod Abronis, aut Apicij vitam duxisset, & nec aram, nec fidem habuisset. Deo pariter & hominibus exoso, quem vel melius, vel boni Genij è sepulchro, certè non sine Dei nutu, excusserunt. Cùm palàm improbus homo in S. Vincentij templo esset tumulatus, in quo ipse viuens sibi capulum collocarat, concubia nocte, Sandapila illa, vnà cum cadauere, è sancto loco est sublata, atque per fenestram è templo exturbata, & publicè prostituta, dieque exorto, operculo diffracto, palàm  
omnium